



M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 8. Quod Victorius de auctore libri De mundo ad Alexandrum creditit,
verum non videri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

in Verrem. Nam cùm iudicium fidem non nihil suspectam haberet orator, acutè vidit, quomodo eos excitare ac perterrefacere, ne se corrumpi sinerent, oportet. affirmauit enim, totam ciuitatem esse in speculis, obseruantem, quam quisque reipub. præstaret fidem: & vt ipsi de Verre iudicassent, ita de ipsis populum R. iudicaturum. Idem autem, & iisdem propè verbis dixerat, antiquis temporibus Dinarchus in acerbissima oratione qua infestatus est Demosthenem: vt non sine causa videri possit, Ciceronem, cùm illa scriberet, Dinarchi locum sibi propositum, quem imitaretur, habuisse. quod vt magis intelligatur, Ciceronis primum, deinde Dinarchi verba subiiciam. Cicero: Nunc autem homines in speculis sunt: obseruant, quemadmodum se unusquisque vestrum gerat in reiinenda religione, conseruandisq. legibus. & paulò post: Hoc est iudicium, in quo vos de reo, populus R. de vobis iudicabit. Dinarchus: Οεχτε γδ ὡς ἀθλωῶσι, ὅπ παρεῖ μὲν ὑμῖν Δημοσθένης ἐποίηκε, παρεῖ τοὺς ἄλλους ὑμεῖς. οἱ σκοπεῖσι ποτε γνώμην ἔχετε καὶ δὴ τὴν πατεῖσι συμφερόντων. καὶ πότερον τὰς ἴδιας τάταρας διαρρέονται ηγεμόνιας ἀναδέχεταις εἰς ὑμᾶς ὄντες, οὐ φανερὸν πάσιν εἰς θρόνοις ποιήσετε, ὅπ μισθίτε τὰς καὶ πολιτείας δῶρα λαμβάνοντας.

Quod Victorius de auctore libri De Mondo ad Alexandrum credidit, verum non videri.

C A P V T V I I I .

LIBER qui vulgò Aristotelii tribuitur, De Mondo ad Alexandrum, quin Aristotelis non sit, nemini dubium esse arbitror. nam, si nihil aliud, ipsum certè dictoris genus ita ab Aristoteleo dissidet, vt eam disceptantiam qui non videat, nihil omnino videat; et si Iustinus Martyr εἰ τοὺς ἔννηλας παρατείπει,

λόγω,

44 M. ANTONII MVRETI
λόγῳ, eum Aristoteli tribuere videtur. sed quòd Petrus Victorius putauit se verum illius auctorem reperiisse, in eo falsus opinione sua videtur. neque sanè satis mirari possum, quid hominem & magna doctrina, & acri iudicio præditum mōuerit, vt, nullo alio argu-
mento, nisi quòd Nicolaus Damascenus aliquid illud de rebus scripsérat, librum eum illius esse affir-
marit. Nicolaus enim, vt notum est, Augusti tempo-
ribus vixit. at liber ille ad Alexandrum Philippi filium scriptus est. quomodo igitur hæc quadrare pos-
sunt? non enim minus ridiculus fūislet hac ratione Nicolaus, quām si quis hodie ad Priamum, aut ad
Hectorem scriberet. Itaque etiam si antea creditum
esset, librum illum à Nicolao scriptum, tamen id fal-
sum esse, apertè, eo, quod dixi, argumento conuin-
cetur. nedum, in tanta temporum repugnantia, sine
vlla firma ratione ei tribui debeat.

*Pisces paruulos à maioribus deuorari, multorum scriptorum
testimoniis confirmatum. emendatus Varronis locus.*

C A P V T I X.

P E T R V S Victorius libro sexto Variarum lectio-
num, cùm doceret, id quod hodieque proverbijs
loco dicitur, minutos pisces maioribus pro cibo esse,
etiam antiquis temporibus dici solitum: confirmavit
id duobus locis prolatis, uno Polybij, altero Varro-
nis. sed Varronis versus, nisi me fallit opinio, non sat-
is emendatè scriptos protulit. Visum est igitur ita eos
proponere, vt distinguendos emendandosque arbit-
rater. Varro Margopoli φει ἀρχῶν:

Natura humanis omnia sunt paria.

Qui potè plus, vrget. pisces vt sapè minutos

Magnu' comedit: vt aues enecat accipiter.

eam